



**R. P. Maximiliani Sandæi E Societ. Iesv Doct. Theol.  
Paradisvs Amantium, Colentium, Imitantium Christvm  
Crcifixvm**

**Sandaeus, Maximilianus**

**Coloniae, 1648**

76. Detestatur omnibus modis sectariorum in Crucifixum impietatem.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55065](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55065)

182 CHRISTVS CRVCIFIXVS

Christianis, per pauperum iniurias quodidie configitur & flagellatur:

*Casari. cap. 28.*

VI.

AMATOR CRVCIFIXI

76.

*detestatur omnibus modis Sedariorum in  
Crucifixum impietatem.*

*Rabies ha-  
reticorum  
in Cruci-  
fixum.*

**H**ÆRETICORVM furor & insania iam Dominum immortalem & impassibilem ad dexteram Patris sedentem, quia exemplo Iudæorum, olim cum CHRISTO viuentium, in CRUCEM agere non possunt, pari tamen infidelitate & rabie in CRVCIFIXVM odium impietatis exercent, verborum lapides iaciunt. & si possent, de throno cum suo in CRUCEM retraherent.

Nimirum, *manet mentium uas anarum voluntas, cessante licet voluntatis effectu. & malignum animum maleuolentia studium, absente mali operis occasione, non deserit, ut scribit S. Hilarius, a.*

*Caluini-  
sta.*

A Calvinistis scimus CRVCIFIXI imaginem abreptam è templo appensam esse patibulo. Sacerdotem etiam, ut direptus fuit, Imagini CRVCIFIXI suffixum sclopetis interemerunt. *Non celare potest odium, quod pectore per uoluit versatq; impius.*  
in go

ingeniū suo se prodit ubique iudicio; **CHRISTVM** petit insidiator, b.

a. S. Hilarius lib. 7. de Trinit.

b. Io. Boch. theat. crud. haret. Amphitheatrum honoris Clari Bonarscij.

## VII.

## AMATOR CRUCIFIXI

violatores honoris, qui imagini eius debetur retaliare solet.

77.

**FREQVENTER** id factum animaduertimus, vt in istis opusculis est relatū. Hic pono, quod accidit in obsidione Damiatæ, ad quam cum maxima pars exercitus **CRUCIFIGERORVM** Saracenis occurrisset, nescio quo Dei iudicio, infideles fidelibus superiores effecti, eos in fugam verterunt, multos ex eis occidentes, & plurimos captiuos abducētes.

*Damiatæ  
ni impij in  
Crucifixū.*

Quod; vt cognouerūt in ciuitate ob-  
sessi, in tantam lætitiā effusi sunt, vt  
in confusionem fidei nostræ laqueum  
collo **CRUCIFIXI** iniicerent, sicque  
sacram illam Imaginem alijs additis iniurijs per omnes plateas ciuitatis traherent, cum multa vociferatione & plausu manuum victoriā Deo suo abscribētes.

*Laqueo  
Crucifixū  
trahunt.*

**CHRISTVS** verò qui mortuus, & quasi nullius valoris videbatur in tam execrabili

*Christus  
dissimulatus.*